



## **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1858**

2235. Markgraf Hermann bekennt die zu Pfingsten fällig gewesene  
Reichssteuer mit 600 Pf. von Lübeck empfangen zu haben, am 25. Juli  
1306.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56621](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56621)

toto euo impendantur Domino Jesu Cristo, dictorum undecim modiorum proprietatem nobis competentem libera donatione donauimus et presentibus donamus ad dictum luminare comparandum ante altare corporis Christi in ecclesia Luchowe omni jure, quo conuenit in perpetuum retinendam pro remedio anime nostre ac parentum nostrorum, et ut nobis ex eo lux perpetua comparatur post curricula hujus vite. Predictum vero luminare siue lampas per eos procurabitur et comparabitur, qui Basilice S. Johannis in Luchowe preesse pro quolibet anno deputantur. Ne igitur hoc factum nostrum tam salubre tamque pium calumnie notam incurrat et ut malignantibus aditus precludatur, presentem paginam in robur utriusque facti tam dictorum fratrum quam nostri sigilli munimine fecimus communiri. Hujus facti testes sunt Hinricus et Vlricus dicti Zabel, Hinricus Clitfing, Albertus Magnus, milites et complures alii satis digni. Actum et datum in Luchowe, anno Domini millesimo trecentesimo VI<sup>o</sup>, in vigilia S. Marie Magdalene.

Gerden's Verm. Abh. III., 263.

2235. Markgraf Hermann bekennet die zu Pfingsten fällig gewesene Reichsteuer mit 600 Pf. von Lübeck empfangen zu haben, am 25. Juli 1306.

Nos Hermannus, Dei gracia Brandenburgensis ac Lufacie marchio et dominus de Hennenberg, Recognoscimus et tenore presentium publice protestamur, quod honestos viros . . . consules ac burgenfes vniuersos ciuitatis Lubicensis de sexcentis talentis denariorum lubicensis monete nobis ex parte serenissimi domini nostri Al(berti) Romanorum regis hoc anno in festo Pentekostes dandis dimittimus omnino liberos et solutos. In cuius facti euidentis testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini millesimo trecentesimo sexto, jn die beati Jacobi apostoli.

Aus dem Lübecker Urkunden-Buch, Theil II, S. 178.

2236. Die Markgrafen Otto und Woldemar nehmen das Kloster Buzow in ihren Schutz, am 11. November 1306.

In nomine domini amen. Actiones quas mundus ordinat, sepe delet successus temporum, nisi firmo testimonio ac literarum karactere solidentur. Ea propter nos Otto et Woldemarus, Dei gratia Brandenburgenses, Lufatie et Landesbergh Marchiones, recognoscimus et ad notitiam vniuersorum Cristi fidelium deuote deducimus cum presenti, quod ob reuerentiam Dei et gloriose genitricis sue, propter